dio dignaremur. Nos autem illius cui pro
prium est misereri semper et parcere inherere
cupientes vestigiis et de tue circumspectionis
industria plenam in domino fiduciam obtinen
tes ut cum decem de dictis fratribus qui recep
tione huiusmodi non obstante possint in susceptis
antea aut ordinibus ministrare libere sicut
prius hac vice dispensare auctoritate nostra vale
as eis iniuncta pro commissis huiusmodi pena de
qua saluti animarum ipsorum expedire videris
salutari plenam discretioni tue concedimus
tenore presentium facultatem. Datum Avin. vi.
kl. Augusti anno xvi. Archiepiscopo Maguntin.

1323 Ad pastoris et eius suffraganeis.
officium noscitur pertinere illos quos
recto devios itinere per via curvare conspicit
innuere ut gressus suos perversos conside
rent et ad viam rectam currant pedes suos
convertere ac ne illorum possit devotis ob
esse temeritas providere. Hec utique in per
sonam Ludovici de Bavaria diudum in
fertim discorditer in Regem Romanorum elec
ti discurrentes per multa devia nos memi
nimus observasse. Sane cum ipse velut ve
nundatus ut faciat mala nostris acquiescere
monitis salubribus non curavit per diver
sos processus prout eius exigente contumacia
contumacie variisque excessus detestabiles quos
non verebatur committere iugiter exigebat
habita de fratrum nostrorum consilio contra ipsum
electionis ac administrationis iuris siquod ex pre
dicta electione sibi ad Regnum Romanorum
vel Imperium fuerat forsitan acquisitum ac
omnibus privilegiis apostolicis et imperialibus
necnon bonis et feudis iuribus et rebus
que a Romana seu quibuslibet aliis ecclesiis
aut Imperio quomodolibet obtinebat et alias
diversas penas et sententias spirituales et tempora
les eidem et contra ipsum duximus infli
gendas. Ac demum cum idem L. hereticis
et hereticalibus intendens dogmatibus
se ostendit hereticum manifeste sollemni
tatibus debitis adhibitis et servatis legi
timis intervallis primo fautor hereti
corum declaratus extitit et subsequenter de
diversis heresibus et scismate per nos sunt

finaliter condempnatus et declaratus est
penas inflictas fautoribus hereticorum
ac hereticis et scismaticis incurrisse. Et
quamvis publica fama notoriat et multarum
excellentium personarum insinuatio ma
nifestat quod vehementius et crudelius
solito fideles ecclesie persequitur idem L. perse
suosque fautores persequi ecclesiasque ad divina
in locis ecclesiastico mediante suppositis quominus in
eo est profananda variis reprobisque
modis cogere ac ut ipsos in sui erroris per
trahat devium et a dei et sancte Romane
ecclesie devotione et obedientia retrahat
maliciose inducere non desistit contra non
nullas civitates prescriptionis profen
do inhonorius de facto sententias quia ei ut
Imperatori iuramentum fidelitatis non pres
tant nec de hiis sibi respondent de quibus
deberent veris Imperatoribus respondere
et alias multipliciter procedendo ac aliis commi
nando similia vel peiora nisi sibi fideli
tatem faciant quam ei velut privato
iure siquod sibi ex eadem electione compe
tisse potuit et de diversis heresibus et scis
mate finaliter exigente iusticia condemp
nato facere nequeunt sine dei offensa
suarumque animarum periculis et gravium
incursione penarum promulgatarum
et inflictarum contra illos qui eidem
parere presumerent in premissis. Nos
predictas penas et sententias ad memoriam et alio
rum presertim earum fidelium memoriam
licet illas ab ea non credamus excidisse
reducimus per presentes eundem L. denun
ciantes in penas easdem et sententias sicut
alias sepius denunciavimus incidisse. Nec
miretur vestra prudentia si deus persecu
torem suum et ecclesie sponse sue devoto
rumque suorum diu sustinet tam atrocem.
Ideo enim tales eius benignitas freque
ter sinit vivere ut vel a suis convertantur
erroribus aut ut boni exerceantur per illos
vel idcirco istud membrum Sathane dampnatum
natum heresibus membrorumque Christi perse
cutorem crudelissimum permittit in sua
malicia tamdiu vivere quia testante